

## DOMINICA IX.

Ex Quæst. 23. &amp; seqq.

Jehova unus et trinus.

Textus I. Joh. 5, 4. &amp;c.

*Vers. 4. Quicquid natum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victoria quæ vicit mundum, nempe fides nostra.*

*v. 5. Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit Iesum esse Filium Dei?*

*v. 6. Hic ille est, qui venit per aquam & sanguinem, nempe Iesus Christus: non per aquam solum, sed per aquam & sanguinem: & spiritus is est qui testificatur spiritum veritatem esse.*

*v. 7. Nam tres sunt qui testificantur in cælo, Pater, Sermo, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt.*

*v. 8. Et tres sunt qui testificantur in terra, spiritus, & aqua, & sanguis: & hi tres unum sunt.*

QUÆST. 23. Quod est illud Symbolum?

RESP. Credo in Deum Patrem, omnipotentem, creatorem cæli & terra. Et in Iesum Christum, Filium &c.

QUÆST.